

Prescripsi ergo quaedam ediscenda, in quibus si servarent fidem, promissa me usurum fore. Olim is fuit animus parentibus, ut suos semel artium Alapis tris adjuuctos non prius ab eorum latere paterentur discedere: quam jactis fideliter fundamentis, laudabilem aliquam eruditionem consequuti essent. Sic ante annos octodecim a patre prudentissimo Hieronymo Comestina pia memoria viro Jacobus F. mea custodia commissus fuit adhuc admodum puerulus: ut annis septem aut octo ab exercitatione Scholastica nunquam discederet. Itaque meorum confubernalium omnium & optimus, & doctissimus evasit summaque D & I beneficio omnibus aequalibus suis praeluxit. Nunc major parentum laxitas, paulatim etiam magisterorum robur dissolvit. Sed tamen ut demus aliquid artati, bona me sper habet fore ut hoc laxamentum Tammoni ad patrem serium gravemque virum cuncti nihil derogat, praesertim cum te habiturus sit observatorem: puerilis studij intermissio facile poterit nova quadam alacritate pensari. Mater quoque ipsa pueri mihi visa est honesta & prudens matrona, qua incendet potius filium novo ardore discendi: quam eum seniore aut minus avidum nobis remittat. Apud utrumque parentem eris mihi epistola vice, quoad me volent uti in filio instituendo, nutritionis liberalitatem, & fidem informationis promitto. De pecunia non laborabam: sed tamen quum esset oblata commoditas, descripsi ratiunculam impensarum, qua fere pueri vestitu contententur. Gaudeo meos versiculos tibi voluptati fuisse. Laudantur ab his (ut ite ait) culpantur ab illis. Quidam parum decorum putant Senem versibus ludere: sic est ingenium, non possum immutari. Magnum onus est quod sustineo, cui sane vix quietam superesse, nisi subinde ad meam Terpsichoren recurrens fastidium longi laboris sublevem jucundo cantu. Ferunt patronum Scholae nostrae Doct. Casparem Olevianum a Luterano vocatum esse. Non diu poterit tanto viro locus honestus deesse. Gallia Rex jam pridem sceptrum, suamque caput cum diademate diris omnibus devovit: nisi e regni sui finibus Evangelium exterminet. Interea Hugonoti (sic enim eos vocant) passim illi furioso Marte, si Domino suas urbes extorquent. Pax austriaci in Belgio, Batavos cum Zelandis magis animavit ne quam religionis contagionem apud se disseminari patiantur. Itaque demoluntur etiam nunc cum fama est Monachorum cubilia, qui fuit olim Herculis labor Antiochae stabulum repurgantis. Sed haec vobis notiora sunt, quam mihi, quem in umbratili pristino molente die & veniens videt, & decedens. Scio te virum esse non modo litteris expolitum: sed etiam respicientem ad D & V A L & sperantem in ipsius misericordia. Quamobrem laetor tua erga me voluntate, & ut amare me pergas rogo. Vale 24 Martij inter strepitus puerorum Bremae. Tuus Amicus Salutem dic tuae conjugii & Tammonis & Joh. Holanus. parentibus. Pax Christi. 1577.

ztrivartus

ny dnfria  
no dim. tch.

pistimo

N. 278)

D. Joanni  
Camper. R.  
malori fca.  
d'ns.

[Mscr.  
a. 12. r.

N. 277]

Dest. Henr.  
Mett. v. 6  
Hülberg.

Quidem vellem venerande Senator obsequi ves pro in me studio, & vobiscum in hinc  
 ut cum amicissimis hominibus recreari: Sed me in hoc Scholari carcere tot laquei retinent,  
 tot compedes remorantur, ut pedem nusquam proferre possim. Tandem autem senilis quidam morbus  
 me nuper debilitavit, qui ne his matutinis frigidibus excitus recurrat mihi cautio est.  
 Ego ante annos tredecim quos in hujus Scholae gubernatione consumpsi, omnes meas volupta-  
 tes, usus, delicias ipsius Scholae parietibus circumscripsi: hic me oblecto: hic absumor: hic ex-  
 carnificor, hic revivisco. Adulto jam vere, cum erunt inchoatae Lectiones, si Deus volet, & si  
 vivemus, amicis me fruendum dabo. Superioribus diebus hic apud nos commoratus est M.  
 Hermannus Rennecherus ex agro Monasteriensis, homo liberali ingenio, minimèq; indoctus.  
 Profitetur linguam sanctam Lituani Batavorum: sic nunc vocant novam Academiam  
 qua instituta nuper est Leidæ: quod oppidum est Hollandiae Hispanorum longa  
 obsidione nobilitatum. Is apud me reliquit suum quoddam carmen, & Jussey, ut ubi  
 commodum esset mitterem Clariss. Doctori Henrico Mullero, quem aiebat Witeberga  
 sibi obire.

familiarē fuisse: cognoscere mē. Quod mihi minimē neglētum fuit, sed habui rationem  
 temporis) quid animi haberet Doctor, si ex illa Batavorum Academia ad Theologia pro-  
 fessionem vocaretur: an operam dare vellet tam invidiosis hominibus, tam maleq; audientibus.  
 Scio te Doctoris ipsius consilij intimum esse. Tibi carmen mitto, tibiq; hujus cognitionis  
 negotium dedo. De meis ad Doctorem Litteris, magnis mihi metus erat, ne non perve-  
 nissent ad ipsius manus. Nunc gaudeo hunc metum tuo beneficio mihi ademptum esse.  
 Saluta virum eximium meis verbis quam potes officiosissime. De Paedagogo, quem pueris  
 suis praeficiat, mihi cura erit. Nicolaum mittam post celebratam nobis Dominicam Coenā  
 Cœnam: id erit per Dei gratiam die Jovis proximo: qui dies jam olim ab hujus Scholae  
 Rectoribus exercenda ad pietatem Juventuti destinatus fuit. De quibus praeterea pueris  
 ad me scripsisti, veniant bonis auspicijs antequam ad suas Lectiones aggrediamur.  
 Cui enim maturius eos extrudes: eò rectius meliusq; eorum ipsorum studijs consulēs.  
 Ut quum nunc domi aliquid otij habeam, si qua parum firma eis jacta sint Grammatica  
 fundamenta, ea corroborem ipse & confirmem. Lakemanno nostro sui hortator, ut La-  
 tine ad patrum suum eos gravissimum scriberet. Id fiet (opinor) quando is ibi  
 tuus Nicolaus. Nuntius intervenit scribenti, & me urgent Scholastica examina: ut  
 prolixius nunc ad te non possim. Vale. & tuam conjugem dilectam & D. Cos. faco:  
 Calend. Aprilis 1577. Custos puerorum

156  
141

Johannes Holanus  
Brema.

Pax CHRISTI.

[= Aer. A. 12 = No. 272]

No. 279)

Recreatus sum nuper misericordie tua dulcissima consuetudine venerande viri, & frater dilecte in  
 Domino. Est in te amabilis quidam spiritus Libertatis, qui meum senilem animum accendit ad  
 vehementias amandum. Etsi autem sena est cum senibus amicitia conjugum, qui mortis me  
 ditatione praepedit, neq; colere amicum, neq; officijs certare possunt: obsecro te tamen erudite vir, ut qua  
 me superioribus annis benevolentia complexus es: eadem ad extremum usque tempus aetatis mea  
 me languescerem prosequar. Habeo quidem isthic mei studiosos excellentes viros, quos olim in  
 mea palæstra litterulis humanioribus expositos, obtrunxi quodammodo ad me diluendum: Dulcis  
 enim est accuratè institutis, recordatio praeteritorum beneficiorum, tamen quum eos viderem florere  
 isthic opibus & dignitate, modestior est meus pusillus animus, ne dicam abscedior, quam ut ausim  
 eos meis litteris provocare, ad colendam mecum amicitia societatem. Scio Doctorem Adrianum  
 Vander Alst. & D. Nicolaum Brunnæ, ut est uterque humanissimus, hujus antiqui moris, quo  
 charos habemus pueritiae nostra formatores, oblivi scilicet non posse: sed diserti sunt curis gravioribus, quam  
 ut debeant nostris ineptis chartis praerimum redolentibus. Equidem colam utrumque, & amabo constantiter  
 dum vivam: sed eorum potentiam reveritus, intra meam me pelliculam continebo. Fuitne tibi & Es-  
 chio nostro felix tam longum iter. Valuisit ne ambo. Et tum in Academia, tum in vandinis cum  
 doctissimis, amicissimisq; hominibus congressi estis. Quid vobis videtur? Habetne Lugdunum Ca-  
 favorum quidquam, quod illis Germania miraculis contra comparetis. Quid Jeremia? Doctor visusne  
 tibi est juvenis ad unguem factus, tuaq; Hermanne amicitia dignissimus, quid cooptat nos ter Asyllus?  
 ubi centum est Doctor oleivianus. Quid Theologi ceteri, homines clarissimi tuentur ne locum suum  
 & apud divina fideiq; puritatem stabiles, immotusq; consistunt. Quam vellem praesens adesse &  
 colloqui: prolixè de rebus nostris ad me pertinentibus, ut exotematum meorum exemplar unum &  
 hodie velari possent. Quidam cum Brema esset, ut exotematum meorum exemplar unum &  
 item auctorem tibi donarem: unum dedi abeunti, alterum casigatus cum his litteris mittam.  
 Sunt enim alibi quaedam mendose impressa, quibus manum adinovi. Pueris latina lingua studiosis  
 ad primam pietatem informandis experior ea perquam idonea esse. Alijs ea verbis ornare non debeo.  
 Ipse dispicies pro tua eruditione & prudentia, an vetera tibi adhuc in apibus versanti, uti liter ser-  
 vare possint. Res nostrae tranquilla sunt. Nam Coryphaeus noster postquam cum eo congressus  
 es, de controversis rebus conficessit: nos in alijs rebus obedientiam patienter accommodamus.  
 Quod dixi tibi in Germaniam hinc eunti, in Schola requiro virum Graecè Latinèq; perdoctum  
 quem mihi Collegam adsciscam, qui schola onus ferat pariter, cuius auctoritate mea aetas paulatim  
 in gravescens fulcratur. Si quem aptum rebus nostris nactus es, aut etiam eris nactus in poste-  
 rum: quæso ut me facias continuo certiore. Vale, & me perge amare. Dic salutem viris illis  
 praesantissimis, quos in epistola nominavi. Alia conjux te salutat. Eschilo adolescenti bene sit.  
 Nos adhuc salvi sumus. Tertio Idus Aprilis 1577. Brema in Schola. Pueror-  
 rum custos tui studiosissimus

M. Hermann  
ne A. Erasmus  
vorn. prof. phil.  
ab. Ebr.  
[Reunecher]

Johannes Holanus.

Pax CHRISTI.

[No. 280]

M. Erasmus Johannis Ende.

[= Aer. A. 12 =

No. 243]